





II d  
337

**GERMANORVM  
ANTIQVORVM NOMINA**  
 CONTEMPLATVS  
**AD AVGVSTVM**  
**HEINRICORVM**  
**NOSTRORVM**  
 EVEHITVR  
 QVO FASTOS. ILLVSTRANTE  
 CELSISSIMIS COMITIBVS AC DOMINIS  
**DOMINO HEINRICO II.**  
 LINEAE SENIORI  
**DOMINO HEINRICO XII.**  
**DOMINO HEINRICO XXIII.**  
 ET  
**DOMINO HEINRICO XXX.**  
 IVNIORIS LINEAE  
**RVTHENIS**

COMITIBVS AC DOMINIS DE PLAVIA DOMINIS GREIZAE  
 CRANNICHFELDAE GERAE SCHLEIZAE LOBENSTEINII CET.

DOMINIS ET ALTORIBVS CLEMENTISSIMIS  
 ARDENTISSIMA MENTE  
 DEDICATAS CONGRATVLATIONES  
**IPSORVM RVTHENEI NOMINE**

SINGVLIS BONIS

COMMENDAT

IO. GOTTFR. HAVPTMANN.



IVL. CAES. SCALIGER

de subtilit. ad Cardan. exercit. CCLXVI:

Quanto studio veteres conati sint, ut insignia nomina liberis imponerentur, exemplo  
 sunt nationes integrat, argumento ritus.

GERA E.

LITTERIS VIDYAE SCHRADERIAE

**Q**ui suum ipsius nomen occultauit, auctor quidam <sup>a)</sup>, peregrina Germanorum nominis vituperans, in eorum optimae notae magnum esse numerum, prae se fert. Nos ut, eauntato priori, non praeter exceptionem, adsentimur; ita posterior adprobamus totum. Et sit exceptionem, quod cum aliis id faciant nostri; quodque nec peregrina semper sint determinata. Profecto, vel Hebraeorum recentiores, aequalem hic rationem elegerunt: dum et ipsi suos, aliarum linguarum nominibus, ne quis subinde latius accommodatis, appellarent. Piscatores enim generunt Andreas, seu viros fortes, Philippus, vel equorum amatores, certi. At, cum auctoritatis debile sit argumentum; vrgemus potius, alie norum quoque nominum, in significatione, pondus. Tritorum specimen cumulare nolumus obseruamus talem, plurimis etiam adiungitam, aemulandorum hominum recordationem. Quod autem nostri maiores iam, in lingua sua, prae francissimis nominibus claruerint, paullo dilatius persequamur. Praeinceps olim, hic aequa colendus, MART. LV THERVS, cuius aliquot nomina propria Germanorum, ad nissum etymologiam restitura, saepius prederunt. Editiones non nullas, in actis eruditorum <sup>b)</sup>, indece memini. Sed, quam vulgo plamisse credimus, anno 1537, vix erit; ni mendacio habet epistola Roterodamensis predictum <sup>c)</sup>. Eadem notationes inferuit lexico philosophico <sup>d)</sup>, RODOPHY GOCLENIVS, ita quidem, vt ideo vituperetur a IAC. THOMASIO <sup>e)</sup>. Mcforem obtinuit famam, interpretatione Germanica notisque <sup>f)</sup>, GOTTFRID WEGENERVS. Acceserunt LVTHERI conatus, IO. AVENTINVS <sup>g)</sup>, BEATVS RHENA NVS <sup>h)</sup>, WOLFG. LAZIVS <sup>i)</sup>, MELCH. GOEDASTVS <sup>k)</sup>, PHIL. CLVDEIVS <sup>l)</sup>, IO. ERBARTVS <sup>m)</sup>, VT GRYPHIANDRVM, RODORIVM, BEFOLDVM, CIVIVM, GROTIUM, WORMVM, LEHMANNVM et alios <sup>n)</sup>, praeteremus. Quippe nostrum arbitratum, in quibusdam vescerum nominibus exponendis, lequerimur: ita tamch, vt nec antecedentium monita contemnamus. Spectant eo, quod nomina maiorum temere potius aliunde, quam in lingua Germanorum, exponentur; ideoque v. g. Carolus ad carnis lucern, Eckhartus ad Hecstorum, Fredericus ad foedera, Rohlandus, quali Rotolandus, ad rotulum scientiae, vel foliarius trahatur <sup>o)</sup>. Quin, obseruamus argumenta non pauca, quae, primo statim obtutui, nomen Germanicum prodere queant. Scilicet, plura talium incipiunt ab *Adel* <sup>p)</sup>, *Dier* <sup>q)</sup>, *Eber*, *Frid* <sup>r)</sup>, *Ger* <sup>s)</sup>, *Gisel*, *Her*, *Luit*, cet. vel definiti in *als*, *bal*, *bari*, *beri*, *brecki*, *brenn*, *bris*, *els*, *frid*, *gaſſi*, *ger*, *hari*, *helni*, *ich*, *ing*, *isef*, *lin*, *mar* <sup>t)</sup>, *mar* (maris), *mund*, *old*, *rat*, *rich*, *som*, *vest*, *wif* (wif, wif), *walt*, *werd*, *wick* (wig), *win* (wome) cet. Sistuntur et, matricula in *o*, feminina a, sed Frisia praeterit <sup>u)</sup>. Immixtarum vero terminationum plures diuersam interpretationem patientur. Sic, in *bart* et *bert* desinunt, Bardis, sive cantoribus maiorum, accommodant PETRVS LESCALOPERIVS <sup>x)</sup> et G. E. MÜLLERVS <sup>y)</sup>, intercedente quidem SCHOTTELIO <sup>z)</sup>, qui propter indolem linguae, per *wer* dignum exponit. Summam omnino curam adhibebant, in nominibus eligendis, antiquis dum ea plurimi sacrificabant, vitae, morum, fortunae, mortis indicia, constituebant, nec, nisi post seriam medicacionem ad deliberationem, imponebant <sup>a)</sup>, compoñit praesertim delectati <sup>b)</sup>. Sumebant autem, vel a parentibus, vel aliunde. Parentum in primis erant, quibus *ing* (*kind*), *son*, aut Slavonicum *witz* addebatur, Bryning, Kipping, Cotison, Carlowitz cet. <sup>y)</sup>. Cotisone, inter Getas seu Gothos, Augussea iam aetate, reperimus; licet alter ibi legant codices alii <sup>d)</sup>. Reliqua nomina, pro diuersis occasionibus, depromebantur, a deo, rebusque caelestibus, animi perfectionibus fortitudine singulatim, corporibus, locis, fortunis, animalibus et aliunde. Bruta maiestibus nomina dedicata, negat quidem CASPAR de STIELER, vel nomine societatis SPATI <sup>e)</sup>, qui Bernhartum, per ardens cor (Brenherz), Hengst, per manibus firmum (Handagustum), Leopoldum, per gratiosum (Leuthold), Wols, per delicium (Wolleben), explicare maxime: dum illis de decori naturam arbitrari consuetam interpretationem. Num autem adeo multo virtio vertunt <sup>f)</sup>, vel aliis gentibus <sup>g)</sup>, vel aetati nostrae, tot indicem nomina reperiisse? An iudicem nominibus gaufisi fuerint, ad terrorem compositis, quo Vercingetorigis referit FLORVS <sup>h)</sup>, in medio relinquimus: certe terminatio nem *rix*, cum *rich* contendens, diuitem potius designare: SCHOTTELIVS <sup>i)</sup> credit, nec, in reliquis vocabulis syllabis, formidandi quidquam obseruatur. Sed, agendum, non nulla nominatio, ad litterarum ordinem, sistamus. Adolph (Adolpuff) auxilium nobile significare putatur

a) vid. Ehrenkranz teutscher Sprache p. 5. b) cl. LCC XXXXVIII. p. 390. c) Beytr. zur crit. Hist. T. I. p. 226 II. 446. d) p. 174. lqq. e) de plagio liter. p. 449. lq. f) Lips. 1674. s. et in opp. LVTHERI T. XXIII. p. 65. lqq. ed Lips. g) in annalibus Boior. h) ver. Germ. L. III., unde et non nihil profert GE. PHIL. HARSDOFFER in Spec. phil. Germ. p. 247. lq. i) L. II. de Gallogeacris, LV. de Celis et LX. de Gothis. k) ver. Alenaniar. T. II. p. 92. lqq. l) in Germ. ent. paflum. m) in onomatologia Lips. 1670. s. n) quam significantia sunt veterum Germanorum nomina, docent aeq. PLACIVS in clave S. S. P. II. p. 29. et SCALIGER de fabilitate ad Cardanum exercit. CCLXVI. Idem meditatus est CON-  
 GESNERVS, quod MORHOE refert in Polygl. III. 4. 5. o) INST. GE. SCHOTTEL Sprach. (Brunou. 1651.) p. 32.  
 p) SCHOTTEL p. 394. q) L. G. STRODTMANS Vesperins. d. D. Alterth. c. 3. §. 54. r) I. N. FVNCH diff. ac. p. 162. lq.  
 s) L. L. FRISCHL T. L. Wörterbuch p. 345. lq. t) Crit. Beytr. T. I. p. 683. lqq. u) Crit. Beytr. II. 300. lq. Conser-  
 uit ferme terminatio Prussiae v. CEH. KARLNOCH s. d. diff. lq. v) de varia etiam Prussiae p. 1. ad theologia  
 German. c. 21. d. Eddiprister. p. 45. w) p. 404. x) ENT. p. 16. y) BEN. DE NAT. pop. c. 13.  
 z) 1600. lqq. a) VET. Aug. c. 63. m) Venitius sacerdos umbanus Verim. 1591. v) VOG. Hengst  
 id quidam. o) nominis similitudines  
 g) III. 1. v) p. 449. lq.  
 13 Lc. p.

tar, Agarieus agris diuite n, Alaricus (*allreich*) et Almericus (*allmächtreich*) omnino ditionem  
Albrecht, Atalaricus, Attalicus, Attila, Eitel, genere clarum  $\lambda$ , Alphonfus adiumentum no-  
strum, Alramus (*Adelshu[m]b*) nobilitatis gloriam  $\lambda$ , Amalasvita (*Himmelswitz*) caelestem sapi-  
entiam, Ancus iuuenem  $\nu$ , Ariouifus, (*Erfüll, Ehrenföß*) nobilitate firmum, Arminius (*Hermann*)  
ducem, Balde ricus mox diuitem, Baldinus (*Baldwimmer*) ceterem vietorem, Biliwaldus (*vielver-  
waltend*) multis praefectum, Bodo (*Vogt*) administratorem, Burghartus in arce strenuum, Ca-  
rolus virum strenuum  $\nu$ , Chilbericus auxilio diuitem, Cinismarus (*Zinsmair*) censui praefec-  
tum, Conradus (*kannrath, kühr Rath*) consilio potentem vel Thrasybulum, contracte Cuno,  
Cunz, Coz cert.  $\xi$ , Dagobertus (*Degenswerth*) gladio dignum, Diutiacus seu Vitigis (*Witich*  
a *Witz*) ingeniosum, Duxena vel Theudelina deam parvam, quo pariter Ditzel, Tetzl, cert.  $\nu$ )  
pertinent, Ebarus (*Ewar*) custodem legum, Etricus (*Ehrenreich*) honorium, Fastrada potente-  
m consilio, Fridericus Salomonem, Irenacum, pacificum, Francus et Franciscus liberum, Fro-  
marius dominum celebrem  $\tau$ , Fulbertus omnino dignum, Gangolph procedens auxilium,  
Gebhardus datorem irenum, Genericus (*ganzreich*) omnino diuitem, Gebhardus seu Gerdt  
omnino strenuum, Gertraut omnino fidelem et caram, Gisele et Gisela socium et sociam,  
Godisiclus, rex Vandalicus apud *PROCOPIVM*, vel Gottschalk, Dei seruum, Grimoaldus  
(*Grimmwald*) irae potentem, Güntherus (*ginstig*) benignum, Hartwig acrem bellatorem, Hed-  
wig filiastrem bellatricem, vel, secundum alios, patris praesidum; Hildebertus heros dignum,  
Hildebrandus heros Brennorum, vel galeatum  $\rho$ , Hugo sublimem, Immericus et Emericus  
semper diuitem, Henardus instar ferri durum, Lambertus regione dignum  $\sigma$ , Lotharius vel  
Lüder (*Lueberr*) hominum dominatorem, Ludolph hominibus auxilium ferentem, Alexan-  
drum, Ludouicus seu Lutz, secundum *SCHOTTELVIM* (*Leutweich*), ad cuius auxilium cedere  
debeant homines, vel secundum *STVSSIVM*  $\tau$  (*Leubekriger*), Andromachum, Marabodus  
pluribus praefectum (*Mebrervoit*)  $\nu$ , Marquardus finibus praefectum, Minulf (*Meinhülf*) auxi-  
lium meum, Ofwaldus domus administratorem, Odakker (*Landvervoeder*) regionis vastatores,  
Pharamundus veracem, Philibertus (*vielwerth*) pretiosum, Reinardus puri generis, vel purum  
et fortis, Reimundus ore purum, Richartus (*Reichart*, vel, vt *LVTHERV*, *Reichvar*) diuitem  
consilio, Rodoaldus (*Ratwahl*) consilio potentem, Romoaldus gloriae potentem, Rudolphus  
(*Rathbühl*) consilio subiectum auxilium, Ruprechtus quiete clarum (*bericht*), Sebaldus vel mari  
vel fatis praefectum, Sigouefus victorias ostendente, Theobald siue Deutwalt munis admi-  
nistratorem, Vestralphus, ex *west* et *Aff*, fortis genium  $\phi$ , Vlfar auxiliante, Ulrichus, vt Hul-  
dericus, gratiosum, Volcmarus populos augentem, Wenceslaus nobilem, Wigandus strenuum,  
Wittechundus (*weikind*) late notum, Wolfgang, vel Hulfgang, ad auxilium venientem.  
Omittimus plura, praeferimus vel e dictis facile nota, vel dubia magis. Huc Aegidii quoque  
nomen referimus, quod *IO. IAC. SPEDELIUS*  $\chi$ , per non terrefrem, interpretatur, aliis alia  
fentientibus  $\psi$ ; quod quidem et in adlatorum pluribus non nulli faciunt, quos, ipsi passim  
ambigui, non ideo viruperamus. Sed, antiquarum confuetudinum auocat contemplatio. Nihil  
prius habuerunt, edito parti, parentes, quam communes lactitiae significaciones. Opiparae  
tunc epulas celebrabantur  $\omega$ , quibus adsidebant mariti, sed instruendis puerperae  $\alpha$ .  
Duriores illae  $\beta\beta$ , simulque medicae, gloriam adpecebant naturae firmioris. Ita, cum be-  
ne poti forte soniam capiarent: fabula nata videtur, qua non nulli, maritos in toro, puer-  
parum loco, cubasse, prae se tulere  $\phi\phi$ . Quod tunc et humo recens natos impofuerint, cre-  
dibile fit nobis, ex aliarum gentium consensu; et quoniam hinc etiam primas origines ipsi re-  
petebant  $dd$ . Quod autem aquis Rheni liberos explorarint, ad legitimos a spuriis secernen-  
dos, fictum esse putamus: cum id minime pertinisset ad bonos mores, quos, hac occasione,  
laudat *TACITVS*  $ee$ , flagitis potius, ibi damnatis, accensendum; cum et illa celebris ac gene-  
ralis Germanorum castitas  $ff$  tale minus necessarium fecisset; idemque remotoribus a Rheno  
difficile nimis fuisset. Haud est, cur immoremur fabulae, quam alii  $gg$  iam exploserunt. Fictio-  
ni tamen occasionem dedisse nobis videtur consuetudo, gelidis, maxime fluuiis, aquis ablendi  
recens natos, ad indorandum et corroborandum naturam  $\beta\beta$ . Sacius repetita videtur ea con-  
sueto: quo tanto magis firmarentur infantes; simulque veluti sacris quibusdam iniarentur.  
Habuisse quandam Germanos, Aegyptios et Indos, confuetudinem similitudinem, alibi signifi-  
care,

$\chi$ ) *IO. GE. WACHTER* *glossar. voc.* *Adel, enbrechen, edel.*  $\lambda$ ) *GOLDAST*. *vt.* *Alem.* *T. II. p. 123.*  $\mu$ ) *WAC-  
TER* *v. Anke.*  $\nu$ ) *WACHTER* *v. Man*, ubi codeni trihui Farimundi, Segimundi et alia nomina.  $\xi$ ) *FRISCH* p. 173.  
 $\epsilon$ ) *REINES*, de deo *Endouell*, in *CRENI*, *Müser* *T. II. p. 377.*  $\pi$ ) *WACHTER* *v. Frau*, qui et in proleg. p. 30. Clodiensem  
per clarum interpretatur.  $\rho$ ) *HARSÖRF*, p. 255. *Brenn* esse galam dicunt putat, a Germ. *berenew*.  $\sigma$ ) *oue dignu*  
explicat *HARSÖRF*, *I.C. p. 254.*  $\tau$ ) *I. H. STVSS* *de omibz in nomine* *Gothae* 1735.  $\upsilon$ ) *SCHOTTEL* p. 397. *SPEDEL* i  
notis ad *CHRISTOPH*, *BESOLDI thes. præfl. lit. V. p. 925.*  $\Phi$ ) *WACHTER* *origg. Alem.* in *Grundlungion*, *P. XXX. p. 389. f*  
 $\chi$ ) *in speculo iuridico-politico-philologicis historiar. off. p. 837.*  $\psi$ ) *CHR. BECMANN* *de orig. L.* *L. p. 150. coll. ERAS*  
*adag. III. 6. 36.*  $\omega$ ) *TAC. G. 21, 3. lqq. 22, 2. lqq.*  $\alpha\alpha$ ) *TAC. G. 15. 2.*  $\beta\beta$ ) *STRODTMANN* *C. 4. 31.*  $\epsilon\epsilon$ ) *IO. M*  
*DILLHERRI* *historia præfice Germ.* *p. 13. ed. Hagelmann.*  $\text{ad}$ ) *TAC. G. 15. 2. lqq. 39. 4. ALBIN* *Metilla* *Choren.* *in V. p.*  
*ISL. WACHTER* *vo.* *Erde* *et* *Tentif*  $\nu\nu$ ) *G.*  $\text{ff}$ ) *TAC. G. 15. 2. lqq. gg)* *WPT. CHEN* *opf. DETHMA*  
*Tac. G. 22, not.* *Goett.* *Encyclop.* *25. V. 29.* *Denk.* *in* *selkern angelei* *histo. translat. archaischen Transfor-*  
*mationibus.* *X.* *Alte* *und* *neue* *Wiss.* *in* *den* *neuesten* *Zeiten.* *ausgabe* *1860.* *Acen.*

care meminimus. Ab aëc. singuli libro, deriuat HIPPocrates illam priorum. HVGO GRO-  
TIVS autem, de Noruagiae populorum in Americam borealem transitu, coniecat: vt Noru-  
agos e Germania deducit HERM. CONRINGIVS <sup>ii</sup>); qui simul Americae gentium et Lapporum  
in sermone confessionem obseruauit. Apud hos omnes sacram aliquod lauacrum inuenimus.  
Singulatum autem, dum Aegyptiorum Isida, cultum apud Sueuos esse <sup>kk</sup>), simul TERTULLIA-  
NEI <sup>ll</sup> loci, recordamur: *nationes exteræ viduis aquis sibi mentiuuntur. Nam et sacris quibusdam per*  
*lauacrum initiantur, Isidis alicuius aut Mithrae.* Si valere credamus, quae DANZIVS <sup>mm</sup>, ZORNI-  
VS <sup>nn</sup> aliique <sup>oo</sup> de Iudaicæ Iustrationis, iam Abraami temporibus, antiquitate, narrarunt, ex  
Hebraeorum magistris de prompta: tanto facilius erit adeo remotarum gentium, quibus Gracci  
Romani pariter acceperunt, de confipitione iudicium. Fulcit coniecturam, ad maiores  
quod adgit, etiam epistola GREGORII <sup>pp</sup>), qua Bonifacio Germanorum doctori praecepit:  
quos a paganis baptizatos esse afferunt, si ita habetur, ut denuo baptizes in nomine sanctæ trinitatis,  
mandamus. Alii, Gracci nominatim et Romani, Iustro die, quem in primis octauum a nativitate  
fecere, nomen impoluerunt: hinc, idem Germanos fecisse, cum Rhenanis aut aliis purioribus  
aquis suos abluerent, forsitan adparebit. Eodem die munuscula dederunt <sup>qq</sup>), quem ritum  
a Romanis non nulli deducunt, laetitiaque varias significaciones exhibuerunt. At tamen, cum  
alia tempora natuitatis, alius feliciora crederent <sup>rr</sup>), pro diueritate circumstantium rerum, in-  
crementum aut detrimentum gaudia cepisse videntur. Dum et adoptabant liberos, quod per  
arma singulatum fiebat <sup>ss</sup>); facilius interrogari potest, quam indicant: an tunc immutarent  
nomina, vel adsumserint noua? Certe mutarunt alias nomina, contumelio praefertim et  
peregrina, que consuetudo pariter actate recentiore manebat. Ita chronicon Gozencense <sup>tt</sup>); propria  
nomine dicta fuit Hilaria; sed, quia lingua Teutonica non facile promit Latina vocabula, nomen mutauit  
in Vda. Vbi quidem Iutta vel Iuditba legi maulit TENZELIVS <sup>uu</sup>), quo loco pluribus agit, huius  
modi nominum de mutatione. Simili consuetudine gaudebant Itali; quia durum et ingratum  
sensum nominum inter caussas habet MVRATORIVS <sup>xx</sup>), cur noua nomina recipiant pontifices.  
Nobis immortale perficit, ac numquam non eminet, magnum et memorabile, sed aliqui fusius  
exponendum, nomen <sup>yy</sup>) illud HEINRICIANVM; CELSISIMIS RVTHENIS antiquitus sollempne. PET.  
BECLERVS <sup>zz</sup>) initium ponit anno CIC XXXX. vt IO. FR. KOEBER <sup>aa</sup>), ad Heinricum acutepm ascen-  
dens, illius, in dignissimam atque gratissimam FAMILIAM, merita collaudat. Omnino credibile  
fit, Ecbertrum, Osterodae et Glisbergae comitem, a. 10CCC LXXXIII defunctum, aliquem filiorum  
suorum huic cognominem fecisse, quem filius ac nepos exceperunt. Hos inter Heinricus III.  
cum arte cognatum Friderico I. imperatori Bertham duxisset, eius aulae Marecallus et singula-  
ris amicus, forte, lauaci sacri testis, Heinrico VI. nomen dedit: qui post, eo lubentius, mariti  
confessionem, amantisimæ coniugis precibus, ipsius Heinrici III. memoriae studiosis, adie-  
ctam, indeque nascens illustrissimæ familie pactum, auctoritate sua corroborauit. Itaque no-  
strum est, illud eminentissimum nomen eo religiosius venerati: dum simul amoris exquitisissimi  
documentum praebet; ac, litterarum quoque studiosis, multa largitur aemulanda. Hoc  
ipsum HEINRICIANIS sacris praefantes, recordamur, Parisiis, ad proximum Augustum mensem,  
Romanæ facundiae praemium esse constitutum, optimæ tractatione quæstionis, quantum sibi  
noxam inferant eruditæ; cum alter alterum odio persequantur? Accommodemus eam questionem  
similiter ad principum perlitas; vt contrarium eo potentius commendemus. Ita quidem de-  
monstrabunt, IO. GOTTFR. KOELNER, odi litterarii novatis, IO. CHRISTOPH. SCHLAUCH, amoris  
eruditorum uilitates, FRIDR. CHRISTOPH. SCHEIBE, potentum odium porniciosum, CHR. GOT-  
THARD SCHWABE, principum amorem maxime salutarem, et CAR. CHRISTOPH. ECKNER, quid  
officii Ruthenicos in ciues, ad odium et amorem habito respectu, redundet. Horum commilitonum  
nostrorum singuli, de propositis suis, ardenterissimas preces eliciunt; maxime quidem HEINRI-  
CIANIS sacris inseruntur, tum vero pariter celsissimi HEINRICI <sup>ll</sup>, lineæ suæ SENIO-  
RIS, summa pietate profundi, propinquò iam, natali dedicandas; neque minus primo natali  
HEINRICI LI, d. XVI. Maii, certissimam in patriæ spem suscepit, SVMORVMQUE PA-  
RENTVM ipsius perpetuis gaudiis, sacras. Vel haec sola significatio, nostro loco, CVRATORES  
EMINENTISSIMOS et OMNES omnium ordinum VENERANDOS, HONORANDOS OPTIMOS-  
que VIROS adiciet, vt, crastinae lucis ad horam XI., praefentia sua votisque coniunctis,  
ostendant, quam dignis odii impietatem et ingratis mente expellant; quam aemulandis  
exemplis, amorem, religionem, studia litterarum, promoueant. P. P. Gerae d. XII. Iul.,  
maiori quotannis plausu dingo, D. R. A. cl<sup>o</sup> 15CC LXI.

ii) de antiquissimo statu Helmeßtadii p. 54. lqq. <sup>kk</sup>) TAC. G. 9, 1, 2. ll) de baptismo c. 5. conf. de praescript. adu-  
eret. c. 40. IVSTIN. martyr in apol. II. pro Chrif. ad fin. p. 98. ed. 1685. IO. LOMEIER de vett. gent. luftr. c. 16. init.  
uu) pluribus dispp. in controversia WERNSDORFLANA. uu) de baptismo profelytorum Iudaico sacramento V. T.  
viii) CYFRIANO Lipl. 1703. maxim. p. 20-50. oo) quos inter ad Adamum progediuntur II. I. v. BASHVSEN in fift.  
Febr. min. p. 17. lqq. pp) CXII. conf. OTTO SPERLING de baptismo ethniæor. c. ii. p. 151. qq) IVST. HENN.  
AMER in iure ecclæ. profly. L. III. tit. 44. IO. LAVR. FLEISCHER in iure ecclæ. L. II. c. 3. 6. 36. p. 481. rr) DIETHM.  
AC. G. II. not. 4. ss) H. GROTIUS de vet. iure Germ. §. 54. lqq. tt) cuius locum habet du FRESNE glossar. med.  
f. Lat. voc. nomen. uu) in biblioth. curiosa a. 1704. p. 927. lqq. xx) scriptor. rer. Ital. T. III. p. 570. yy) VIRG.  
III. 4. zz) ill. stemm. Ruth. p. 9-34. <sup>ss</sup>) in sing. profl. Ger. 1678. 4.





Z. 150 J.

Hd  
337

# GERMANORVM ANTIqvORVM NOMINA

CONTEMPLATVS

AD AVGVSTVM

# HEINRICORVM NOSTRORVM

EVEHITVR

QVO FASTOS. ILLVSTRANTE

CELSISSIMIS COMITIBVS AC DOMINIS.

## DOMINO HEINRICO II.

LINAE SENIORI

## DOMINO HEINRICO XII.

## DOMINO HEINRICO XXIII.

ET

## DOMINO HEINRICO XXX.

IVNIORIS LINAE

## RVTHENIS

COMITIBVS AC DOMINIS DE PLAVIA DOMINIS GREIZAE  
GRANICHELDÆ CERAE SCHLEIZAE LOBENSTEINII CET.

## ORIBVS CLEMENTISSIMIS

TISSIMA MENTE

CONGRATVLATIONES

## VTHENEI NOMINE

NGVLIS BONIS

COMMENDAT

FFR. HAVPTMANN.



CAES. SCALIGER

ad Cardan. exercit. CCLXVI:

ut insignia nomina liberis imponerentur, exemplo  
integrae, argumento ritus.

GERAE,  
VIDVÆ SCHRADERIAE.

